





Q. D. B. V.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
FRIDERICO AVGVSTO,
PRINCIPE REGIO ET SAXONIAE HEREDE,

1710 ga

2
13

EQVITVM
SAXONICORVM
IVRA SINGVLARIA

PVBLICE PROPONENT
AVGVSTINVS LEYSERVS,
IVR. D. ET P.P. EXTRAORD.

ET
AVCTOR
IO. ADAMVS LAVRENTIVS,
SCHILDAVIA MISNICVS.

AD D. VII MART. ANNI CIO IO CC X.

VITEMBERGAE, PRELO KREVSIGIANO.

A LEURS EXCELLENCES

Messieurs

IOACHIM PLOETZ

Seigneur en Roeckniz, Conseiller de la Chambre de
S.M. le Roi de Pologne et Eleeteur de Saxe

GOTTLIEB IEROME
A LEIPZIGER

Conseiller de la Cour de S. M. le Roi de Pologne
et Eleeteur de Saxe

GEORGE IOB
A MILCKAV

Intendant des Baillages de Liebenverde et Schlieben de
S. M. le Roi de Pologne et Eleeteur de Saxe

Dont les merites vivront tousjours dans la Saxe,
a dedié

Ce témoignage d' une parfaite obeissance

L' auteur.

MESSIEVRS

J'ai pensé long tems soigneusement, qui
choisir pour PATRONS de ma Dispu-
te, de qui elle pouvoit esperer de
la splendeur et protection. Enfin j'ai pris
la résolution de la dedier à VOS EXCEL-
LENCES avec la soumission que je dois, et
)o(cela

cela d'autant plus, qu'elle vous appartient en propre. Car qui est ce, qui ne sache les singulieres vertus, les grands merites et les belles actions, que les Illustres et anciennes familles de PLOEZ, de LEIPZIGER et de MILCKAV ont faites du tems passé, et qu' ils font encore aujourd'hui aus Saxons; C' est pourquoy, je ne croi pas avoir fait tort à personne, en ce que j'ai attribué tout seul à VOS EXCELLENCES et aus autres, qui portent le nom de Gentilshommes de Saxe, les privileges, que j'ai racontés dans la Dispute. Pavoüe, que ma plume n'est pas de la capacité de dire toutes VOS incomparables vertus et actions, aussi scai je que vôs moderations le defendetn; mais vous me donnerés la permission de m'en rapporter à la Chambre, à la Cour et aux Baillages, qui ne peuvent assés exprimer le profit que toute la Saxe tire de VOS Confeils avantageus. Qui sera ce donc, qui aura à redire à ce que je vous ai consacré
ma

ma Dispute. Bien crains je, pour dire la
verité, d' emporter le nom d' un homme
sans honte, de ce que j'ai pris la hardiesse
d' interrompre les assiduités avec les quel-
les vous menagés les interests de VO-
TRE ROI; Mais vôtres bontés peu com-
munes et l' assurance, que tous ceux, qui
se sont addonnés à l' étude des belles let-
tres, sont bien placés dans VOS esprits,
me font croire, que je serai excusé.
Recevés donc favorablement, si il plait à
VOS EXCELLENCES, la Dispute,
que je VOUS presente, comme un te-
moignage d' un coeur, qui vous est particu-
lièrement devoüé, et favorisé moi de VOS
soins en toutes mes entreprises et études.
Aprés quoi je ne manquerai jamais de pri-
er Dieu qu' il conserve VOS EXCEL-
LENCES ET VOS ILLVSTRES
FAMILLES dans un état florissant, et
qu' il tourne tous VOS conseils au bien
de toute la Saxe, au contentement et à

)o(2

Pavan-

l'avantage de tous ceux, qui y appartient; et à l'immortelle gloire de VOS EXCELLENCES. Ce que souhaite de tout son coeur celui, qui fait gloire d'être toute la vie

Messieurs

de VOS EXCELLENCES

*a Vitemberge
le 9 Mars
1710*

le plus humble et plus
obeissant Serviteur.

IEAN ADAM LAURENT.



SVMMA DISSERTATIONIS CAPITA.

1. Divisio hominum apud priscos Saxones. 2. Definitio nobilitatis.
3. A nobilibus diversi sunt ingenui, 4. praediorum nobilium possessores, 5. consiliarii, praefecti militum, 6. Doctores.
7. Soli patris nobilitas in liberis sufficit, 8. interdum et matris requiritur.
9. Iura singularia equitum apud Saxones,
1. Capacitas feudorum.
10. II. Successio hereditaria.
11. III. Portio statutaria viduarum nobilium. Hae electionem habent, an velint illata repetere, 12. an iure plebeiarum succedere, 13. quo casu feuda interdum ad augendam portionem computantur, 14. an vero beneficio viduarum nobilium uti. 15. quinam ex tribus his modis optimus sit, investigatur.
16. IV. Gerada, 17. quae etiam inter Barones, Comites et Principes obtinet.
18. V. Proedria.
19. VI. Admissio ad dignitates, e. g. ad Scabinatum, 20. munera quaedam antica, 21. electionem Imperatoris.
22. VII. Tituli.
23. IIX. Vestitus splendidior.
24. IX. Omissio proclamationis in nuptiis.
25. X. Ius nuptias et baptismata in aedibus suis celebrandi.
26. XI. Ius commerciorum, quod nobilibus aliarum gentium et in specie Venetic omnino interdicitur; 27. apud Saxones quodammodo permittitur.

28. XII. Ludi equeſtres.
 29. XIII. Circa ludos fortunæ.
 30. XIV. Ius comitorum, quod a quibusdam impugnatur, 31. a nobis defenditur.
 32. XV. Immunitas, 33. quæ tamen ad onera realia et exemptionem a iurisdictione non debet extendi.
 34. XVI. Maior fides equitum testimoniis habetur.
 35. XVII. Beneficium competentiae.
 36. XVIII. Mitigatio poenarum.
 37. XIX. Torqueri et capitaliter puniri equites sine consensu Principis nequeunt.
 38. XX. Privilegium illustrium personarum in iurando.
 39. Conclusio.

I.



Axones olim in tres classes distinguebantur. Erat, ut Hucbaldus monachus Elonenſis, qui anno 937. obiit, in vita B. Lebvini inquit, gens Saxonum, ſicut nunc quoque conſiſtit, ordine tripartito diuſa. Sunt enim ibi, qui illorum lingua Edlingi, ſunt, qui Frilingi, ſunt, qui Laſſi vocantur. Prima itaque claſſis complectebatur Edlingos, nobiles, die von der Herren Geburth. Amplam horum, ſed ſibi ipſi non ſatis conſtantem diuſionem exhibet *ſpec. Sax. l. 1. art. 3.* qua omiſſa, rem breuius clariuſque ſic proponemus. Edlingi in duos ordines diſtingvuntur, ſuperiorem et inferiorem, den hohen und niedern Adel. Qui in ſuperiore ordine ſunt, vocantur vel Principes, Fürſten / vel Domini liberi, Freyherrn / qui nulli principi ſubiecti ſolum Caefarem ſuperiorem agnoſcebant. In ordine inferiore ſunt nobiles in ſpecie ita dicti, Ritter / von Ritters Art / qui interdum etiam Schöpffenbaarfreye appellantur; propterea, quod iis ſolis aditus ad dignitatem Scabini ſive aſſeſſoris iudicialis pateret. Privilegia tamen nobilibus inferioribus tributa ſuperiores etiam ſibi recte vindicant, ut *infra S. 17.* dicemus.

cemus. Altera classis continebat Frilingos, homines liberos. Hi iterum erant (1) freye Landsassen / qui proxime ad nobilium conditionem accedebant, eundemque cum illis iudicem et magistratum agnoscebant, dignitatum tamen capaces non erant, (2) pflegchaffe / qui aut in civitatibus et burgis habitabant, et iudicium civitatis, das Bürger Ding / uti *Weichb. art. 42.* appellatur, aut in pagis habitantes sculteri iudicium, des Schultheissen / des Bauernmeisters Ding / *Spec. Sax. L. 3. art. 45.* agnoscebant, (3) liberti, freye Laffen sive Bauer, Gölben / qui vel ipsi olim vel maiores eorum servi fuerant, postea manumissi in eo ab ingenuis differebant, quod pristinis dominis suis quasi in recognitionem iuris patronatus quotannis de praediis suis pensionem soluebant. Tertia denique classis comprehendebat homines servos, eigene Leute / Dienstleute / a quibus diversi sunt die Dienstmänner / et edle Knechte / sive nobiles principibus ministeria in aula vel bello, salva tamen libertate, exhibentes; ex quibus, qui optimae conditionis erant, Laffi appellabantur, qui videlicet praedia rustica possidebant et colebant, nobilem tamen quendam dominum habebant, eique servitia praestabant, neque, invito illo, praedia sua relinquere poterant. Ceteri uocabantur Fagerwercken / qui videlicet praedia non habebant, sed a nobilibus aut ad colendos agros aut ad obeunda munera domestica et familiaria tanquam servi adhibebantur, quos *Interpres Latinus Speculi Sax. L. 3. art. 44.* inepte dedititios appellat.

II.

Ex istis omnibus, quos nunc recensuimus, in praesens saltem nobiles in specie ita dictos, die von Nitters Art / die Schöpffenbaar freyen / die Edel Leute seligemus. Infinitus est Auctorum numerus, qui privilegia illorum vastis voluminibus complexi sunt. Quorum quidem in praesens vestigiis non insistemus, sed, quae hucusque a nemine collecta fuerunt, saltem iura et privilegia, quae illis tam iure veteri Saxonico, quam hodierno competunt, exponemus. Praemittemus vero ad evitandas difficultates definitionem nobilis et nobilitatis. Est autem nobilitas singularis dignitas et claritas generis, quam illi, qui ea insigniti sunt, vel recens a summo principe acceperunt,

runt, vel per longam successionem et inmemoriale tempus a maioribus suis derivant, atque iterum in suos posteros transmittunt.

III.

Duplex ergo est nobilitatis causa, vel concessio principis nobis aut parentibus nostris facta, vel successio et quasi praescriptio immemorialis. Quisquis alterutram harum pro se allegare nequit, nobilis non est. Sola igitur ingenuitas, ut *Lehmannus Chronico Spir. L. 2. c. 19.* et alii quidam putant, saltem apud Saxones nec hodie nec olim ad nobilitatem tribuendam sufficit. Multi enim erant ingenui, qui tamen nobiles non erant. Sic *Huebaldus* in loco, quem §. 1. excitavi, ingenuos nobilibus contradistingvit: *Erat*, inquit, *gens Saxonum, sicut nunc quoque consistit, ordine tripartito divisa: sunt enim ibi, qui illorum lingua Edlingi, sunt, qui Erlingi, sunt, qui Lassi vocantur. Quod latina lingua nobiles, ingenuos atque serviles sonat.* Eadem fere sunt verba *Nithardi L. 4. p. 376.* Et in iuribus Saxonice antiquis distinctissima sunt *freygebohren und von Ritters Art gebohren seyn* / ut vel ex centum locis ostendi posset.

IV.

Neque cum nobilibus confundi debent hi, qui praedia nobilia, *Ritter Güter* / possident. Tametsi enim iuribus, quae praediis istis annexa sunt, fruuntur, illa tamen privilegia, quae nobilibus iure sanguinis tributa sunt atque ipsis personis inhaerent, non adipiscuntur. Iura quippe personalia, ut *L. 1. §. 16. ad. Sci. Trebell.* inquit, fundum eiusque emtorem non sequuntur, sed saltem iura realia. Neque, ut *Finckelthaus, n. Diss. Controv. feud. 7. et Wurmsfer Ex 4. qn. 15.* male autumant, ipsa nobilitas cum praedio in possessorem ignobilem transit. Fieri enim hoc non posse, alii etiam ante me iam diu ostenderunt. Vide *Dn. Hornium Iurispr. Feud. c. 3. §. 19, 20.* et *Schillerum ad Rubr. Iuris Alam. Feud. p. 17.* Distingvenda itaque sunt iura praediorum nobilium, de quibus in praefens non, fortassis tamen alio tempore agemus, a iuribus personarum nobilium, quae mox recensebimus. Illa, e. g. ius exigendi servitia a rusticis, patronatus, venandi, cerevisiam coquendi, iurisdictionem etc. recte exercent ignobiles etiam possessores fundorum nobilium; haec nemo, nisi ipse nobilitatus fuerit. V.

Porro inter nobiles vere tales non connumerantur hi, qui muneribus splendidioribus et officiis dignitatem annexam habentibus sunt exornati. Equidem non ignoro esse quaedam ex iis, quae vulgo *adeliche Chargen* appellantur, et in quibus constituti nobilibus etiam in specie sic dictis bona horum pace praeferuntur. Huc refero principum consiliarios et praefectos militum maiores. At hae dignitates, tametsi magnum personis splendorem conciliant, generis tamen nobilitatem huiusque privilegia singularia non transferunt. Multae me, ut sic statuam, rationes permovent: (1) ipsa nobilitatis indoles, quae sanguini, ut dixi, et generi inhaeret, atque plerumque a maioribus derivatur, interdum etiam a summo principe, sed tanquam beneficium singulare, nunquam tacite, sed per expressam semper voluntatem, tribuitur. Indignum enim esset, nobilitatem, quae maximum bene meritorum praemium est, pro accessione aliarum dignitatum habere. (2) hi ipsi, qui munera illa splendidiora conferunt, facultatem nobilitandi non semper habent, adeoque cum istis officiis nobilitatem tribuere nequeunt. Quis ergo dicat, consiliarios omnium Statuum Imperii et praefectos militum, qui interdum non ab ipso principe, sed a summo belli duce, cui princeps saepius hanc facultatem tribuit, creantur, nobiles effici. (3) consuetudo plerarumque gentium. Sic apud Romanos summa erat consulum dignitas, ad quam tamen non patricii semper, sed et plebei evehebantur. Sed neque hi, neque posteri ipsorum patricii fiebant, sed de plebe manebant, ad distinctionem tamen ceterorum novi homines dicebantur. *Livius XXI, 34.* De Gallis et Venetis in praefens non dicam. Sed de Germanis et in specie Saxonibus nostris res certa est. Tantum abest, ut apud illos olim nobilitas per munera et dignitates fuerit acquisita, ut potius ad has nemini aditus, nisi nobilibus, pateret. Quod *infra §. 19.* uberius explicabitur. Igitur Saxones antiquissimi unam tantum speciem nobilium, videlicet nativitate talium, habebant, nobilitatem vero ex dignitatibus et muneribus acquisitam ignorabant. Hinc istae phrasae in iure Feudali Sax. c. 2. *alle / die nicht vom Adel geböhren* et c. 23. *zum Adel nicht geböhren* &c. occurrunt. (4) Vfus hodiernus. Nam nobi-

nobiles nostri eos quidem, qui huiusmodi dignitatibus ornati sunt, sibi praeferi et quibusdam etiam privilegiis suis perfrui patiuntur, at eorum liberos inter se non recipiunt, sed ciuico ordini adscribunt. Vide quoque *Io. Georgii II, Ordinationem Politicam de anno 1661. tit. 8. §. 2.* ubi sibi contradistinguntur einer von Adel et ein vornehmer Mann/ so bürgerlichen Standes ist/ nec non *tit. 22. §. 8.* ubi distinguntur die von Adel/ Rådte und Kriegeres, Officirer.

VI.

Ex iis, quae diximus, apparet facile, quid de Doctoribus sentiamus, qui non solum vulgo nobilissimi, praenobilissimi, Edle/ Wohl, Edle/ Hoch, Edle appellatur, sed et hunc titulum sibi in *L. 7. C. de Postul.* tribui gloriantur. Negamus enim, eos vere nobiles esse, et priuilegiis nobilitatis gaudere; titulum tamen nobilis et nobilissimi, quem ufu ceperunt, iisdem non denegamus. Rem optime ita explicant *Limnaeus de I. P. L. §. c. §. n. 104.* et *Carpz. Lib. 6. Resp. 18:* Ein Doctor ist edel/ hoc est, clarus, celebris, aber doch kein Edelmann. Videamus autem, quomodo primum acquisuerint hunc titulum. Romani uidelicet non equites saltem, sed promiscue omnes, qui siue bonis siue malis factis nomen suum celebre reddiderant, nobiles appellabant. Nam et *Cicero* nobilissimum philosophum pro clarissimo dicit, et idem *Isocratem* nobilem rhetorem, orationem quandam suam nobilem, taurum *Phalaridis* nobilem, facinus nobile, hominem vitii nobilem appellat. Et *Livius l. 39. c. 9.* Feceniam, ex infima plebe mulierculam, nobile scortum vocat. Igitur neque dubitabant Romani, hoc titulo advocatos clariores insignire, vid. *L. 7. C. de Postul.* Qui tamen eo ipso equites non fiebant, nisi ex singulari principis gratia in istum ordinem adfiscerentur. Id quod *Maffurio Sabino* Icto accidit *L. 2. §. 47. de O. I.* Cum vero successu temporis titulus nobilis maiori in pretio haberi atque principibus etiam tribui cepisset, Doctores eum sibi quoque debere contendebant, idque ex variis Legibus e. g. ex *L. 2. §. ult. L. 4. de Excusat. etc.* exculpebant. Facile hoc iis ab initio concessum fuit, ubi et rarior erat Doctorum dignitas, et ipsi adeo equites summique principum consiliarii illam ambiebant. Vide *Lans. pro German. p. m. 24.* Et quamvis

ea

ea postea magis magisque evilesceret, maxime, postquam Iason primus gradus istos, uti vocantur, et summos in Iurisprudentia honores, antea gratuitos et saltem optime meritis tributos, pecunia vendere inciperet, Doctores tamen titulum nobilis, in cuius possessione erant, hucusque retinuerunt, coniuventibus etiam equitibus, qui nomen istud facile cum aliis communicabant, contenti, rem ipsam et effectum penes se solos esse.

VII.

Cum vero nobilitas non minus apud Saxones, quam apud alias gentes, a parentibus in liberos deriveretur, quaeritur, an hi, qui ex patre nobili, matre autem ignobili nascuntur, vere nobiles efficiantur, omnibusque nobilium iuribus fruantur. Id quod regulariter affirmamus. Cum enim ipsa uxor ignobilis per matrimonium cum equite contractum nobilitetur *Spec. Sax. Lib. 1. art. 45. et Lib. 3. art. 45*, nobilitas haec utique ad liberos etiam extendenda est. *Spec. Sax. L. 3. art. 12.* das ehelich und freygebohren Kind behält seines Vaters Heerschild / und nimmt auch sein Erbe und der Mutter also wohl / ob es ihe ebenbürtig ist / oder daß gebohren / h. e. sive sit aequalis conditionis et nobilitatis cum matre, sive etiam melioris. *Lehn-R. c. 21.* der Sohn behält des Vaters Schild und Adel nach seinem Tode zu Lehn-Recht / so fern er ehelich gebohren ist. Et in eodem *Lehn-R. c. 2.* non requiritur, ut nobilitatem suam probaturus eam ab utroque parente arcessat, sed sufficit patris et avi paterni nobilitatem demonstrare: von Ritters Art von Vater und von Eiter Vater. Neque obstat, quod subinde e. g. in *Lehn-R. c. 20.* aequalis generatio in filio requiratur, daß er dem Vater ebenbürtig sey. Ad aequalitatem enim hanc inducendam non est necesse, ut mater ex equestri gente nata sit, sed sufficit, dummodo (1) illa libera sit, non ex servili genere Lafforum vel operariorum, der Tagewercken / (2) honesta, non infamis, unbescholtzen *Spec. Sax. L. 1. art. 51.* (3) verum cum patre contraxerit matrimonium, non concubinarum. vide *Spec. Sax. L. 3. art. 72.* ibi: das ehelich und freygebohrne Kind et. Quamobrem recte *Wesemb. Consil. 101.* in casu, quo pater nobilis filium ex ignobili femina susceptum per subsequens matrimonium legitimaverat,

B

hunc

hunc omnium iurium nobilibus in Saxonia tributorum et in specie successione feudalis capacem esse, respondit. Quae cum ita sint, existimo, legem illam Saxoniam, qua *Adam, Brem. cap. 5.* fancitum fuisse memorat, *ut nulla pars in copulandis coniugis propriae fortis terminos transferret, sed nobilis nobilem duceret uxorem, et liber liberam, et libertus coniungeretur libertae, et servus ancillae, si uero quispiam horum sibi non congruentem et genere praestantiorum duxisset, vel liber ancillam, cum uitae suae damno componeret; aut fabulosam esse, aut iam tempore compositi Speculi Sax. non amplius obseruatam fuisse.*

VIII.

Illud tamen non negamus, quod et *Carpz. Iurispr. Eccl. Lib. 2. def. 11. n. 10.* asserit, nobilitatem, quae ab utroque parente deducitur, longe esse splendidiorum ea, quae a solo patre derivatur. Nec diffitemur, reliquos olim Germanos contrarium obseruasse. Certe Svevi, qui quondam dimidiam Germaniae partem obtinuerunt, in iure suo provinciali *c. 101. §. 2.* regulam statuunt: *die Kind gehören zu der ergern Hant.* Id quod copiosius deinde in *c. 105.* explicatur. De iisdem Svevis *Petrus de Andlo Lib. 2. de Imper. Rom. c. 12.* loquitur: *Est, inquit, Alamannis inveteratus usus et longe retro obseruata consuetudo, non magna, quantum conicere possum, ratione sussulta, ut Baro, copulando sibi militaris et inferioris generis coniugem, prolem suam inde creatam degeneret, atque debaronizet, filiique de cetero Barones minime uocentur.* Scimus quoque, adhuc hodie provincias superesse, in quibus materna nobilitas aequae, ac paterna, necessaria est. Ita *lus equestre Silesiae:* *Es soll und muß ein Edelmänn vierhschildig seyn / und beweisen / daß er von väterlichen und mütterlichen adelichen Ahnen gebohren sey.* Neque ignoramus, esse quoque in ipsa Saxonia nostra quaedam iura et privilegia, quae nobiles ex antiquis familiis et ex utroque parente nobili nati sibi solis arrogant, et a quibus novos equites et ab uno saltem latere tales arcent. Sic in duellis apud praesatos Saxones uilitatis nobilis cum nemine pugnare cogebatur, nisi hic nobilem se et a patre et matre esse, ostenderet *Spec. Sax. Lib. 1. art. 51. et 63.* Idem hodie in Coniugibus, ut uocant, maioribus, in ludis equestribus, in Comitibus requirunt. Qua de re infra plura dicemus. IX.

IX.

Iam ad iura singularia equitum Saxoniorum progredimur, inter quae primum est capacitas feudorum. *Iure enim antiquo Saxonico feudali c. 2.* constitutum est, ut nemo, nisi ex equestri ordine sit, ad feudum admittatur, et, si ignobilis ex singulari principis gratia de feudo investiat, is tamen hoc ad dies vitae saltem retineat, neque ad filios suos transmittat. Quae in re Saxones rigidiores longe sunt ceteris Germanis, qui, uti ex *iure feud. Alamann. c. 1.* patet, ignobiles quidem a feudis excluderunt, domino tamen facultatem concesserunt eosdem investendi, atque, ut hoc casu investitus pro nobili ultimi ordinis haberetur, et feudum etiam in liberos suos transmitteret, voluerunt. Tameñ autem priscum istud ius Saxonicum, quod ignobiles a feudis prohibet, usu hodie non fervetur, renatarunt tamen saepius equites Saxonicis in Comitibus provincialibus, ius istud reducere, petieruntque, ut feuda ignobilibus iam collata iis quidem relinquerentur, ulterior tamen feudorum in illos alienatio lege publica interdiceretur. Quod adhuc efficere non potuerunt. Feliciores hac parte fuerunt Equites Marchionatus Lusatae superioris, qui, postquam pactum de non alienandis feudis nobilibus in plebeios anno 1619. inissent, eius confirmationem, postquam illud ab omnibus et singulis denuo anno 1654 probatum esset, ab El. Saxoniae Io. Georgio II. anno 1666 impetrarunt. Verba haec sunt: Die Land, Lehns und Erb, Güther in Verkaufung und Vererbung derselben alle Wege den nächsten mitbelehnten aus andern Geschlechtern und Wapens, Genossen / oder / da derselben nicht vorhanden / oder sich des Verkaufes begeben / andern ehrlichen Leuten Herrn Standes oder von Adel auf ordentliche vorbergehende Annehmung ins Land angetragen / und kein Land, Cas / bey Verlust des halben Theils der Kauff, Summa, iemanden anders / als einen vierfeldigen Herren, Standes / oder von Adel uralten Geschlechts und Herkommens / zu überlassen / zu versetzen / oder quocunq; titulo auf ihn zu transferiren befugt seyn solle.

X.

Alterum ius singulare consistit in successione hereditaria, quae apud nobiles duo habet anomala. Namque (1) plebei nobilibus

bilibus licet confangvineis suis non succedunt, ne quidem in linea recta. *Spec. Sax. Lib. 1. art. 7.* Wer dem andern nicht ebenbürtig ist / mag sein Erbe nicht nehmen. Et *Lib. 3. art. 73.* Nimpt ein Schöpffenbar frey Weib (Ita enim in antiquis codicibus legitur, vide *Glossam Germ. lit. a.* non Mann / uti apud *Zobelium*, cuius lectio, si recipiatur, praecedenti articulo aperte contradicit) einen Bauer/Gülden oder Landsassen / gewinnet sie Kinder bey ihm / die seyn ihr nicht ebenbürtig weder an Fuß noch an Wergeld. Denn sie haben ihres Vaters Recht und nicht der Mutter. Darumb nemen sie auch ihr Erb nicht / noch niemands / der ihr Freund von Mutterhalben ist. Contra nobites plebeiorum sibi cognatorum hereditatem capiunt. *Spec. Sax. Lib. 3. art. 72.* Das ehelich und freygebohren Kind behält seines Vaters Heerschild / und nimpt auch sein Erbe / und der Mutter also wol / ob es ihr ebenbürtig ist / oder basß (hoc est besser) gebohren. Deinde (2) soli nobiles, non cives et rustici, res expeditorias, Hergewette / relinquunt *Spec. Sax. Lib. 1. art. 27.* welcher Mann von Ritters-Act nicht ist / und des Heerschildes nit hat / der laß nach sich allein Erb zu nemen / wan er gestorbt / und kein Hergeweth. Quamvis autem *Carpz. P. 3. C. 3. def. 24.* in plerisque Saxoniae locis ignobiles etiam ad successionem rerum expeditoriarum admitti, dicat, hoc tamen de iis saltem locis, in quibus id statuto vel consuetudine speciali receptum est, intelligimus. Quae vero hanc mutationem factam docere nequeunt, iure Saxonico communi utuntur.

XI.

Tertio iure singulari viduae nobiles in capienda portio-
ne statutaria utuntur. Cum vero iura nobilium nunquam lon-
gius, quam in hoc capite, a iuribus plebeiorum recedant, ope-
rae pretium est, accuratius id considerare. Viduam nobilem
appellamus, cuius maritus fuit nobilis, licet ipsa ex ignobili fa-
milia sit oriunda. Haec enim dignitatem nobilitatemque ma-
riti, quam semel adepta est, post huius etiam mortem retinet. Et
in hoc recessimus a prisco iure Saxonico, quod feminas plebe-
ias equitibus nuptas, dum mariti vivunt, horum dignitate frui
permittit, sed post eorum mortem hanc illis iterum admittit.
Spec. Lib. 3. art. 45. Mulieres autem ex nobili prosapia ortae,
fed,

fed, quae maritis ignobilibus praedia licet nobilia possidentibus nuperunt, privilegijs viduarum nobilium non gaudent. vide *Molleri Semestria Lib. 2. c. 8.* Consistunt vero haec privilegia in eo, ut electionem habeant viduae nobiles secundum *C. El. 37. P. 3.* sive illata sua repetere, sive ordinario atque plebeijs etiam mulieribus competente iure succedere, sive denique beneficio suo singulari uti velint. Si prius eligant, tunc non solum omnia bona sua dotalia et paraphernalia, sed et dimidiam donorum nuptialium adhuc extantium secundum *C. El. 22. P. 3.* et *Dec. El. 51.* praeterea integram geradam, et denique illa omnia, quae vivus maritus iis donavit, accipiunt.

XII.

Si alterum, successionem videlicet in portione statutaria secundum iura mulierum plebeiarum eligant, tunc, si nulla sint pecularia istius loci, ubi vivunt, statuta, observari debet *C. El. 20. P. 3.* Conferenda sunt videlicet omnia, quaecunque vidua habet, dos, parapherna, receptitia, gerada, legata in mariti testamento relicta, donata, bona propria etiam alibi sita. Ita *CTi Vitemb. M. Nov. 1680.* an *Christoph Friedrich Pentzschmannen zu Osteroda:* Wenn nun gleich die *Wolffersdorffische Wittib* für sich anführen möchte / daß sie die von ihren Eltern in Ungarn ererbte Güter bey ihres Ehemannes Lebzeiten nicht in Besiz bekommen / vielweniger demselben solche zugewendet / auch selbige / weil sie in diesen Landen nicht gelegen / zur Collation keines weges gezogen werden könten / ferner ihr Ehemann / *Johann Ulrich von Wolffersdorff* / in seinem Testament klärlich verordnet / daß die *Wittib* sich mit denen 6 Kindern in das Silber, Werck zugleich theilen / auch das Geschmeide / so sie zu ihm gebracht / für sich allein behalten solte / dahero sie solches als ein Legatum / etlicher Rechtslehrer Meinung nach / nebenst der portione statutaria absonderlich zu fordern wohl befugt. Dennoch aber und dierweil in denen *Chur-Sächsischen* Rechten klärlich verordnet / daß/wenn eine *Wittib* nach ihres Ehemannes Absterben die portionem statutariam kiesen will / sie alle ihre eingebrachte / anerbte und andere Güter zusamt der Gerade in die gemeine Theilung zu bringen schuldig / und unter solcher gemeinen Verordnung auch die außershalb Landes und unter einer andern Nothmässigkeit gelegene

Güter billig zu verstehen / solche Erweiterung auch der Wittiben / als in deren Willkühr es gestellet wird / ob sie zu ihrem eingebrachten Guthe / oder dieser ihr verordneten portione statutaria greiffen wolle / nicht nachtheilig ist / denn nach dem gemeinen Schluß der Rechts-Lehrer eine Wittib nach ihres Ehemannes Absterben die portio statutaria nebenst dem ihr beschenehen Vermächtniß / es wäre denn / daß der Ehemann solches in seinem letzten Willen / so aber alhier nicht gesehen / ausdrücklich verordnet / zu fordern nicht berechtiget / vielmehr dafür zu halten / daß in dergleichen Fall der Ehemann / so wegen der statutarischen portio der Ehefrauen Schuldener ist / darauf mit dem Legato compensiren wollen / So erscheinet dannhero so viel / daß die Wolferdorffsche Wittib alle ihre eingebrachte / auch in Ungarn noch bey ihres Ehemannes Leben ererbte Güter / samt der Gerade / in gleichen denen jenigen Stücken / so der Ehemann in seiner Disposition derselben beschieden / in die gemeine Theilung zu bringen schuldig. Qua collatione facta, siquidem unus pluresve liberi adsint, quartam, si nulli liberi extant, tertiam omnium bonorum partem vidua capit. Dico: omnium bonorum. Nam et liberi praelegata sua conferre debent, ut eodem tempore responsum fuit.

XIII.

At quid de bonis feudalibus dicendum est? num et illa in computationem ad augendam viduae nobilis portio nem statutariam veniunt? Non puto regulariter. Tamen enim *C. El. 20. p. 3.* viduas portio nem statutariam aus allen ihres verstorbenen Mannes übrigen Gütern capere iubeat, hoc tamen ad feuda extendi nequit, quippe quae proprie in mariti hereditate non sunt, sed iure singulari ad filios vel simultanee investitos devoluntur, et quorum successio nis ipsa vidua capax non est. Excipienda autem videntur (1) feuda mere hereditaria, ex quibus, cum ratio allata cesset, vidua recte portio nem statutariam petit (2) feuda masculina quidem, sed noviter a marito ex bonis suis allodialibus acquisita. Hoc enim casu, ne fraus fiat legi, quae portio nem statutariam coniugum quocunque modo minui vetat, *C. El. 7. P. 3.* feudum utique in aestimationem veniet. Interim portio statutaria viduae non

ex ipsa feudi substantia debetur, nec aestimatio feudi fieri debet secundum statum, in quo fuit tempore mortis mariti. Sed illius saltem ratio habenda est, quod ex allodio defunctus impendit infeudum; atque ex illo et reliquo allodio in unam summam redacto, quantum portionis statutariae nomine praestandum, aestimari debet; quae deinde vel tota, vel ratione supplementi non ex substantia feudi, sed in numerata pecunia praestabitur. Ita quidem ICti Vitemb. eodem M. Nov. 1680 responderunt: Diweil der von Wolffersdorff das Lehn-Guth Polgen in wehrenden Ehestande erkauffet / und dergestalt sein Allodial-Bermögen dadurch verringert / ein Ehemann aber zum Nachtheil der statutarischen Portion dergleichen zu thun nicht be-rechtiget / So mag zwar das von neuen erkauffte Lehn-und Ritter-Guth Polgen zur Wolffersdorffischen Erbschaft nicht gerechnet werden / es ist aber doch der Werth desselben in Ansehung solcher der Wittben gehörigen portion billig mit zu beobachten / und diese ihr zugleich von solchen Ritter-Guthe dergestalt mit abzustatten.

XIV.

Restat tertia via, solis nobilibus viduis propria. Accipiunt autem tunc praeter bona sua paraphernalia et receptitia (1) geradam; de qua infra (2) dotalitium, quod dupliciter solet constitui. Vel enim viduae integrum aliquod praedium ad dies vitae conceditur, quod administret, et ex quo fructus omnes percipiat, quod dotalitii genus Saxonibus priscis maxime in usu erat *Spec. Sax. L. 1. art. 21.* et hodie quoque subinde adhibetur. Vel legitimi mariti heredes atque feudi successores ipsa quidem praedia retinent fructusque percipiunt, sed ex his quadruplicatas dotis usuras, e. g. pro mille ducenta annua, viduae praestant. (3) Comestibilia den Mustheil sive dimidiam partem omnium esculentorum potulentorumque, quae, elapsis post mortem mariti 30 diebus, supersunt *Spec. Sax. L. 1. art. 22.* Nach diesem muß die Frau mit dem Erben mustheilen alle Hoffspeise / die nach dem dreißigsten überbleibt / in ieglichen Hoffe ihres Mannes / oder wo er sie hatt in seinen Bewehren. Quae generalis constitutio restringitur quidem in *Weichbild. art. 24.* primum ad ea, quae ad usum unius anni fuerunt comparata, das

ihre Mann zu einem Jahre zur Speise gezeigt / deinde ad illa, quae in ipsius dotalitio saltem reperiuntur. Sed utraque limitatio in foro non attenditur. Controversias autem circa hanc doctrinam ortas decisas reperies in *C. El. 34. 35, 36. P. 3.* catalogum rerum huc pertinentium in *Volckmanno emendato P. 3. p. 89.* ubi tamen id suppleri et observari debet, non illud saltem frumentum, quod vivus maritus venale habuit, nondum autem vendidit, sed et frumentum iam venditum, adhuc vero emtori non traditum, inter comestibilia referri. Ita Icti Vitembergensis M. Novembri 1693. responderunt, moti potissimum *L. 67. pr. de V. S.* ibi: *alienatum non proprie dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet, venditum tamen recte dicitur*, et *L. 15. C. de R. V. (4)* Morgengabam; quae duplex est. Alia expressa mariti voluntate in pactis plerumque dotalibus constituitur. Vide exemplum apud *Dn. Bergerum in Suppl. ad Disc. For. P. 1. p. 571.* Haec vero donatio mariti in pecunia numerata et aliis quibuscunque rebus consistere potest. Neque enim scrupulosa *Spec. Sax. L. 1. art. 20.* dispositio amplius attenditur. Alia vero morgengaba ipsius legis beneficio viduae nobili tribuitur, et complectitur omnis generis femellas pecudes, quae non in stabulis, sed in agris et pratis pascuntur, *alles feldgänge weibliche Vieh* / quas enumerat *Spec. Sax. L. 1. art. 24.* et *Volckmannus emendatus P. 3. p. 88.* Vtramque hanc morgengabam vidua nobilis petere potest.

XV.

Quaestionem hic movebimus, quemnam ex istis tribus modis, qui omnes arbitrio et electioni viduae nobilis committuntur, eligere, consultius sit. Distingvendum puto. Si vidua aetate iam proVectior, se non diu defuncto marito superstitem futuram, speret, melius heredibus suis consulat, si illata sua repetat, ne dos, extincto per mortem ipsius dotalitio, apud mariti heredes maneat. Alter modus, successio videlicet secundum iura plebejarum, pauperulis saltem mulieribus, quae nullam vel exiguam dotem intulerunt, neque etiam alia bona habent, svidendus est. Quodsi vero divites sint et aetate florentes, diuque se dotalitio fruituras sperent, tum beneficiis nobilium viduarum utantur, atque dotalitium, geradam, comestibilia et morgengabam petant.

XVI.

XVI.

Quantum ius singulare nobilium est gerada, quae apud nobiles feminas longe plures complectitur species, quam apud mulieres plebeias. Gerada enim nobilium praeter ceteras res, quae vulgo geradae annumerantur, continet etiam (1) rhedam, qua mulier vehi solita fuit, eamque optimam *Richt. de Succ. ab int. sect. 1. m. 1. p. 153.* Hanc sibi plebeiae mulieres vindicare nequeunt. *Carpz. P. 2. C. 14. def. 33.* (2) anseres *Goldbeck. de Iure geradae c. 2. n. 22. et 23.* (3) anates. Id quod tamen de anseribus et anatibus feminini generis, non etiam masculini, dēnen Entesrichen und Gänserichen / intelligendum esse, ICti Vitembergenses versus *Wiederau M. Jun. 1704.* responderunt. Ratio decidendi exinde petita fuit, quod ius geradicum sit exorbitans, adeoque verba: Gänse / Endten / quae in *Spec. Sax. L. 1. art. 24. et Weichbild. art. 23.* reperiuntur, stricte secundum verborum proprietatem capienda sint (4) Oves, et illas etiam femini saltem generis, non arietes, nec vervices, die Hämme. Ita ICti Vitem. M. Jan. 1709. versus *Börlig* responderunt: Daß der von V. (cui femina nobilis praedium suum mit dem Wirthschafft Inventario legaverat) sich derer auf dem Guthe G. besindlichen Kühe und Schaaffe / ausser denen / so weiblichen Geschlechts seynd / und als unstreitige Gerade Stücken der hinterlassenen Schwester anheim fallen / anzumassen wohl befugt. Has igitur quatuor species solae feminae nobiles, non etiam plebeiae, tamen praedia nobilia possideant, petere possunt. Ita iidem ICti Vitemb. M. Jan. 1676. versus *Glunig* responderunt: Wenn ihr gleich ein freyes Gut in Besitz und Gebrauch habt / dennoch aber und dieweil eur verstorbenes Eheweib den Abstand dadurch nicht erlanget / die Schaaffe aber zur Gerade bey Bürgerstands Verfohnen nicht gehörig / so ist auch eure Stieff Tochter / daß ihr solche als Gerade ausgeantwortet werden möchten / zu begehren nicht befugt.

XVII.

Obiter vero hic observabimus, quod quidem ab initio iam dictum oportebat, voce nobilium simpliciter posita, nobiles saltem inferioris ordines, quos communiter die Edelleute appellamus, intelligi; a quibus distinctus est ordo nobilium

C
supe-

superior, dei hohe Adel/ qui Barones, Comites imo et Principes comprehendit, et amplioribus longe privilegijs fruitur. Nihilominus tamen, argumento a minore ad maius ducto, recte concludimus, eadem iura, quae nobilibus inferioribus competunt, multo magis ad istos superioris ordinis accommodari. Ex quo fundamento, cum quaestio aliquando oriretur, an gerada etiam inter principes in foro Saxonico locum inveniret, affirmative ea decisa fuit a ICtis Vitemb. M. Dec. 1679. Integrum responsum exhibet *Dn. Berger. in Suppl. ad Disc. For. P. 1. p. 190.*

XIIX.

Quintum ius singulare est proedria, sive ius praecedendi ceteros civici ordinis homines. Ardua hic oritur quaestio, qualem in Saxonia personae nobiles, nullis alijs dignitatibus ornatae, locum in congressibus et solennitatibus debeant obtinere. Legem quidem hac de re expressam non habemus. At ex aequitate, consuetudine et argumento Constitutionum quarundam Saxoniarum illud colligimus, cedere debere illos principum consiliariis, nec non maioribus militum magistratibus. At quid de praefectis, consulibus civitatum, et, qui maxime nobilium aemuli sunt, Doctoribus statuendum? Subfisto. Quodsi tamen aperte, quid sentiam, dicendum est, existimo, hos omnes nobilibus simpliciter etiam talibus postponendos esse. Qua in opinione, praeter argumenta ab alijs etiam adducta, hoc me potissimum confirmat, quod Elector Saxoniae *Io. Georgius II. in Ord. Polit. tit. 22. §. 8, 13, 15, 20*, ubi vestitum secundum personarum conditionem, nach eines jeden **Standt/** distingvit, Doctoribus, Praefectis, Consulibusque minus splendidum lautumque ornatum, quam nobilibus consiliariisque, qui in una classe collocantur, concedit. Quae vulgo obiiciuntur, de nobilitate virtutis praeferenda nobilitati sanguinis, de Sigismundo Imperatore Georgium Fiscellum, Doctorem et equitem, relictis Doctoribus equitum ordini se adiungentem, acriter reprehendente, (*vide Marqu. Freberum ad Petri de Andlo l. 2. c. 13. verb. utrum Doct. militi*) ea facili negotio exploduntur. Negamus enim, virtutis nobilitatem anteponendam esse nobilitati sanguinis, si de praerogativa civili

et.

et externa, non de interna dignitate sermo sit; negamus, titulum Doctoris necessarium virtutis signum esse; negamus regulam illam, quod arma legibus sint postponenda, ad nostras resp. accommodari posse. Verba Sigismundi Imp. quae vulgo circumferuntur, iam seculo quinto decimo, nova et paradoxa visa sunt, igitur in nostro seculo, quo Doctores multum de pristino splendore perdiderunt, atque adeo viris longo usu exercitatis per expressam legem in *Ord. Polit. Io. Georgii II de anno 1612. n. 5.* ibi: *gelübte practici den jungen Doctoribus fürgezogen* postponuntur, locum non habebunt.

XIX.

Sextum privilegium est aditus ad dignitates, quarum multae saltem nobilibus, non etiam civici ordinis hominibus patent. Inter quas olim fuit munus iudicis et assessoris iudicii, ad quod nemo per Germaniam adspirare poterat, nisi nobilis esset. *LL. Longob. L. 2. tit. 52. L. 24. De iudicibus, ut inquirantur, si nobiles constituti sint. Quod si viles personae et minus idoneae ad hoc constitutae sint, eiiciantur.* Quare cum apud Francos et Svevos iudicia centenae die Zente dicerentur, nobiles, qui illorum soli capaces erant, hinc Zentbare vel Sentpere vel Semperfreyel vel Semperlüte appellabantur. *Ius Feud. Alam. c. 1. Pfaffen und Geburen / und alle / die nüt Semperlüte sint / die sullen alle Lehns rechtes darben.* Quam derivationem vocis Semperfreyel / antiquitatibus Germanicis maxime congruam et ab illustribus viris stabilitam, oppugnat *Ockelius de praescriptione immemoriali rerum domanialium p. 57.* et vocem istam potius a Latina *semper* deducit, ita tamen, ut allatae a *Cocceio de I. publ. c. 15. §. 33.* in contrarium rationes fortiores ipsius coniecturis videantur. Apud Saxones autem, qui centenas istas ignorabant, et in harum locum Scabinatus, die Schöpffenstühle stabiliverant, nobiles, qui ad illos soli admittebantur, Schöpffenbaarfrey appellabantur. Vid. *Spec. Sax. L. 1. art. 3.* Synonima ergo sunt von Ritter, Art und Schöpffenbaarfrey. Quapropter cum in celeberrima ista Comitum Bentheimensium controversia, quae superiore seculo exorta est, Comitissae Gertrudi natae a Zelft, quam Comes Ernestus Vilelmus uxorem duxerat, sed anno 1678. iterum repudjaverat, obiiceretur, natam eam esse ex plebeis

beis parentibus, allatum est pro illa testimonium, quod nata fuerit von Schöpffenbaarfreyen Leuten. Quo testimonio quoque permotus Imperator Leopoldus in diplomate, quo Gertrudi dignitatem Comitissae anno 1666. tribuit, his verbis utitur: Je mehr von solcher Kayserlichen Hoheit die uhralte edle Geschlechte / ihrem alten adelichen fürtrefflichen Herkommen / Tugenden und Verdienen nach / mit Ehren / Würden und Wohlthaten begabet werden / je herrlicher der Thron Kayserl. Maj. glänzet und scheinbarlicher gemacht wird. Wann uns nun der Edel und des Reichs lieber getreuer Ernst Wilhelm / Graff zu Bentheim / Tecklenburg und Steinfurt 2c. unterschänigt zu vernehmen gegeben / wie daß er sich vor etlichen Jahren mit Hartgers von Zelft / Richters zu Zellem ehelichen Tochter / Gertraud von Zelft / deren Vor. Eltern vor mehr als 200 Jahren zu Döttingheim fürnehme Leute / Rätthe und Bürgermeister gewesen / und auch annoch alda unter den vornehmsten / laut unterschiedlicher und in beglaubter Form vorgewiesenen Attestationen und Documenten / gezehlet werden 2c. Ex eadem causa in nobilitum diplomatibus facultas illis tribuitur Lehn- und alle andere Gericht und Recht zu besetzen / Urthel zu schöpfen und Recht zu sprechen / auch der / und aller andern adelichen und ritterlichen Sachen Handlungen und Geschäften inner- und außserhalb Gerichts theilhaftig zu seyn.

XX.

Quamvis vero olim, ut ex his, quae diximus, apparet, soli nobiles Schöpffenbaarfreye dicti et ad Scabinatus ac iudicia admissi fuerint, iam diu tamen hoc ius suum neglexerunt, et ad civici etiam ordinis homines transferri passi sunt. Superfunt tamen et hodie dignitates, quas ordo equestris sibi soli vindicat, et a quibus plebeium, imo et illos, qui recens ex plebeio ordine ad nobilitatem erecti sunt, partim per legem expressam, partim per diuturnam consuetudinem et immemoriam quasi praescriptionem excludit. Huc pertinent praecipua in aulis Electoris ceterorumque Principum Saxonorum munera des Oberhoff, Marechals, Ober, Falconiters / Ober, Stall, Meisters / Ober, Jäger, Meisters / derer Cammerherren / derer Hoff, und Cammer, Junckern 2c. des Praesidenten im Appella-

pellation-Gericht / item im Ober-Consistorio, vid. Ord. Confiss. Supremi tit. Was für Personen / non autem im Wittenbergischen Consistorio vid. Resolut. Gravam. de anno 1661. tit. Consistorial-Sachen n. 19, des Oberhoff-Richters und 5 Beyfigere zu Leipzig / des Hoff-Richters und 6 Beyfigere zu Wittenberg. Vide Ord. Curiarum provincialium. Illud tamen fateor, summum Principem neque consuetudine, neque legibus istis sic constringi, ut, si ipsi secus videatur, haec munera viris etiam ignobilibus et de rep. bene meritis nequeat conferre. Bina iam extant apud nos exempla Crellii Peifferique, quos Potentissimi Regis nostri maiores splendidissima Cancellarii dignitate exornarunt. Quod monitum et circa sequentem §. repetitum volo.

XXI.

Inter has dignitates ab equitibus Saxonis quasi usufructu referimus munus legati Electoralis ad electionem novi Imperatoris vel Regis Romanorum. Tametsi enim per *Aurcam Bullam c. 28. §. 6.* liberum sit Electoribus, legatum cuiuscunque dignitatis vel status transmittere, dummodo, ut eadem *A. B. c. 1. §. 8.* loquitur, is sit legalis, h. e. non infamis, nec macula quadam turpi notatus. Et licet Electores plures plerumque legatos, id quod ipsis in *A. B. c. 19.* concessum est, atque inter hos Doctores Consiliariosque ignobiles mittant, unus tamen saltem ex iis isque praecipuus ad ipsam electionem admittitur, non omnes, uti aliquando in contradictorio obtinuisse, *Goldastus in benen Politischen Reichs-Händeln P. 1. tit. 17. fol. 29. et 30.* testatur. Atque hic, qui admittitur, ad minimum de consuetudine Saxonica, quamvis et de ceteris Electoribus idem asserat *Limnaeus ad A. B. c. 1. §. 18. n. 2.* alius esse non solet, quam nobilis, id est, aut Comes, aut Baro, aut Eques, nunquam civici ordinis. Ut exempla saltem recentiora asseram, in electione Ferdinandi II. *Wolfgang Graff zu Mannsfeld / Ferdinandi III. Friederich Metzsch zu Reichenbach und Griesen / Ferdinandi IV. Heinrich von Griesen zu Schönfeld und Zessen / Iosephi Nicol Edler Panzer und Freyherr von Gersdorff* legatorum Saxoniorum vices sustinuerunt. Ex quo illud etiam patet, defendi non posse sententiam *Rhetii*, qui in *Inst. I. Publ. Lib. 1. tit. 4. §. 18.* nobiles inferiores prorsus ab hac legatione excludit, et moribus receptum esse

esse statuit, ut conclave Electorum minimum Comes vel Baro
intret et ibi reddat votum principalis.

XXII.

Septimum privilegium nobilium in compellatione et
titulis consistit. Quae tota res non ex lege scripta, sed con-
suetudine dependet. Interim, si quis illis receptos honores
atque titulos non tribuit, iniuriarum tenetur. *Vide Movium P. 5.
dec. 253.* Iniuria enim est omne factum, quod in alterius con-
tumeliam tendit *L. 15. § 25. et 27. de iniur.* Sub factis autem non
facta quoque comprehenduntur *L. 2. §. 5. de V. O.* Commune
nobilitatis signum, quod interdum, sed rarissime, fallit,
est particula de, a, von / nomini gentilicio praeposita. Ab Electore
et ceteris principibus Saxonice in literis et rescriptis com-
pellantur, *Weste*; cum civici ordinis homines simpliciter *Liebe ge-
treue* vocentur. Quare saepius in rescriptis ad plures, ex qui-
bus unus saltem eques est, directis hoc prooemium observavi:
Wester und liebe getreue. Collegia Iuridica tam Lipsiensia, quam
Vitembergensia, quae in titulis tribuendis usum non hodie-
num, sed antiquorum seculorum observant, Equites, cum illis
respondent, *Gestrenge / Weste* / appellant. Communiter *Com-
mites, Hochgebohrne / Barones Hochwohlgebohrne / nobiles sim-
plices Wohlgebohrne / familia ipsorum et domus das Hochadel-
liche Haus /* virgines innuptae *Fräulein* vocantur. A quibus
titulis ut civici ordinis homines abstineant, et aequum, et Re-
gis Potentissimi, qui id non semel declaravit, voluntati con-
sentaneum est.

XXIII.

Octavum privilegium est vestitus splendidior. Cum enim
reip. interfit, et potissimum ad conservandas subiectorum opes
faciat, sumtus, qui maximi in vestes fieri solent, moderari,
Electores Saxoniae etiam hac in parte terris suis prospexerunt,
et variis legibus, quantum singuli pro conditione sua impen-
dere in ornamentum suum debeant, definiunt. De anti-
quioribus sanctionibus, quae in *Ord. provinc. Ernesti Alberrique
de anno 1482. et Ord. Politica et vestitaria Io. Georgii I. de anno 1612.*
extant, nihil dicam, quippe quae ad nostra tempora aegre ac-
commodari possunt. At in *Ord. Polit. Io. Georgii II. tit. 22. solis*
nobi-

nobilibus, et, qui cum illis in una classe collocantur, consilia-
riis principum atque praefectis militum permittitur, auro ar-
gentoque se ornare. Id quod tamen Professoribus, Doctoribus,
Secretariis, Praefectis, Consulibus etc. interdicitur. Illud
quoque in isto *tit. 22.* memorabile est, quod ipsis §. 7. conce-
ditur, leges vestiarum ferre, poenas in transgressores statuere,
hasque exsequi. Quae facultas in aliis terris ad legislativam
potestatem pertinet adeoque soli principi vindicatur. Vbi sunt
hoc iure aliquando Dn. a Werthern in pagis praediisque iu-
risdictioni suae subiectis. Id quod I Cti Vitemb. M. Nov. 1695.
probarunt atque, statuta ab illis condita subiectos omnes obli-
gare, responderunt. Sed de hoc iure, quippe quod ad privile-
gia nobilium praediorum magis, quam ad personalia pertinet,
in praefens non agemus. Vide interim *Dn. Bergerum P. 1. Re-
spons. 266.*

XXIV.

Nonum ius singulare est omissio publicae proclamationis
in nuptiis. Tametsi enim proclamatio ista universali Christia-
narum ecclesiarum consuetudine non solum apud Pontificios
propter *Concil. Trident. Sess. 24. c. 1;* sed et apud Protestantes,
(vide *Harprechtum in rubr. de Nupt. n. 121. et allatum ibi Tubingensium
responsum*) recepta sit, Saxones tamen equitibus suis necessita-
tem huius solennitatis adhibendae remiserunt, partim ut digni-
tati ipsorum confulerent, partim quod, simplici eorum asser-
tioni fidem haberi posse, existimarent. Vbi observa (1) ius
hoc singulare ad solos nobiles proprie sic dictos, non etiam ad
Landassios, seu praediorum nobilium possessores, pertinere.
Quapropter cum M. Oct. 1707. Pastor quidam Dioeceseos Vi-
tembergensis de eo, quod personas ignobiles sine proclamatio-
ne publica et in aedibus privatis nuptiarum solennia celebrare
passus esset, accusatus hoc ipso se defenderet; *Es habe das
Haus B. die Qualität eines Ritter, Guths und die verheyrathete
M. Eheil daran / daher er sie als eine adeliche considerirt; hoc
responsum a Consistorio Vitemburgensi tulit; in der Kirchen-
Ordnung wäre niemanden / als denen adelichen das Hausfrauen
und Unterlassung des Aufgebotts gestatter / daher Pastor sich
dergleichen nicht unterfangen sollen / et praeterea in mulctam.*
5 thl.

¶ thl. fuit condemnatus. (2) huic iuri tunc locum esse, cum sponsus est nobilis, licet sponsa ignobilis sit. At vero, cum sponsa ex nobili genere est, sponsus vero ignobilis, proclamatio omitti non debet. Itaque Consistorium Supremum, cum parochus quidam eam isto casu neglexisset, Consistorio Vitembergensi, cui ille subiectus erat, de dato 27. Aug. 1688. rescripsit: Uns ist eur eingeschickter Bericht / die vom Pfarrer / M. D. T. verichtete Copulation Marien Elisabeth von M. mit Johann Friedrich N. betreffend / vorgetragen worden. Wie nun gedachtem Pfarrer / obbemeldte Persohnen zu copuliren nicht zu kommen / seine eingegebene Beantwortung auch ihn nicht entschuldigen mag / Als ist hiermit unser Begehren / ihr wollet ihm solches ernstlich verwelken etc.

XXV.

Decimum equitum Saxonorum privilegium consistit in facultate, sacra nuptiarum suarum et baptismorum solemnia non publice in templis, sed in privatis aedibus celebrandi, die Traungen und Kindtauffen in ihren Häusern verrichten zu lassen. Vide *Ord. Polit. Io. Georgii II. tit. 16. et 17.*

XXVI.

Vndecimum ius singulare est ius commerciorum. Iure civili per *L. 3. C. de Commer. et L. un. C. Negotiar. ne milit.* et moribus gentium plerarumque commercia nobilibus omnino interdiciuntur. Quae prohibitio nullibi accuratius, quam Venetiis, observatur, ut mirer, *Zieglerum de Iur. Mai. L. 1. c. 41. §. 11.* multosque cum illo Germanos asserere, Venetos in nobilibus suis laudare et probare mercimonia. Nullibi profecto nobiles vehementius a mercatura, quam Venetiis, abhorrent. Lex enim reipublicae fundamentalis est, ne quis nobilis se commerciis immisceat. *Misson in Itinerario Epist. 17.* Quare cum seculo superiore multi mercatores in illis belli Turcici angustiis nobilitatem maximo pretio emerent, statim, postquam illam acquisivissent, negotiationes deserere necessum habuerunt, magnaque eorum pars, attritis otio et luxuria opibus, in egestatem incidit. *Burnetius Episcopus Anglicanus in Descriptione sui per Italiam itineris*

neris p. 247. Dn. Praefidi meo, ut is mihi narravit, vir praecipuae nobilitatis inter Venetos, cum apud illos commoraretur, affirmavit, nullum unquam nobilem suae gentis contra legem istam sua patrumque suorum memoria peccasse, malle enim illos parce duriterque vitam transigere, quam suam dignitatem turpissima ista, ut credunt, macula contaminare.

XXVII.

Sed haec obiter. Redeamus ad Saxones nostros. Hi quoque nobilibus suis commercia interdiciunt, Landes Ordnung de anno 1555. tit. Brauen / schencken / und andere bürgerliche Handthierung aufm Lande ubi maxime notabilia sunt verba, quae ex Mandato Mauritii Electoris de anno 1551. ibidem afferuntur. Duae tamen adiiiciuntur limitationes (1) nisi quis ius commerciorum, e. g. ius coquendae et vendendae cerevisiae, tempore longissimo exercuerit et quasi praescripserit. Welcher aber aus Herkommen und über vorwerthe Zeit geübten Gebrauch mit dem brauen oder melken berechtiget zu seyn vermeint / und seinen Stand nicht bedencken will / den seynd wir darbey bleiben zu lassen geneigt. *all. Mandatum Mauritii Elect. de anno 1551.* (2) permittitur nobilibus venditio fructuum, qui in praediis ipsorum nascuntur, ita tamen, ut ex illis aliam speciem conficere eamque vendere fas non sit. Sic licet quidem frumentum, lanam, linum, lupulum, vinum, non etiam polentam, cerevisiam, pannum vendere. *Appendix des Reichbildes fol. 14.* Allein mögen sie für sich / und zu Nothdurfft ihrer Haushaltung / Bier und anderley Geträck brauen / und ihr Getreide / was sie des auf ihren eigenen Gütern erbauen / und anders nicht / ihres Gefallens wohl verkaufen. Illud tamen praecise necessarium non est, ut fructus illi eodem in loco, ubi nati fuerunt, vendantur. Sed poterit nobilis e. g. vinum in fundo suo natum in civitates, ubicunque illae sint, vel in alios etiam pagos invehere, ibique non solum in magna copia, sed et particulatim vendere, er kan den ihm gewachsenen Wein an Orten / wo es ihm beliebt / nicht allein bey Fässern / Tonnen und Eymern verkaufen / sondern auch

auch maastweise ausschenden. Huc pertinet Responsum
ICtorum Vitembbergenſium de Martio 1709 verſus Forgau/
ex quo potiſſima excerptam: Dieweil die Landes-Gefeze nur
den Weinhandel/ keines wegese aber den Verkauf des einem
jeden ſelbſt erwachſenen Weines verbieten/

Landes-Ordnung de anno 1555. tit. Brauen/ ſchenden/
ibi: Kauffen Wein auf den Verkauf

ſolchen letzteren vielmehr jedweden freyſtellen/

Append. des Reichbildes fol. 114. D. Berger in Supplem.
Disc. For. P. 1. p. 243

ſo gar denen geiſtlichen/ welchen ſonſt alles Commercium ver-
boten iſt/ vergönnen/

Ord. Eccl. in art. gen. 16.

in Anſehung/ daß die Verſchencf und Vertreibung derer auf
denen eigenen Gütern erwachſenen Früchte für kein Commer-
cium oder Kauffmannſchaft/ ſondern für ein nothwendiges
Stück und natürlichen Effect des zuſiehenden Eigenthums
zu halten/

L. 3. C. Th. de Luſtral. collar. Ziegl. de Iur. Mai. Lib. 1.
c. 41. §. 13.

Hiernechſt/ daß ſolch Verkaufung des ſelbſt gewonnenen Wei-
nes praecife nur an dem Ort/ wo er erwachſen/ geſchehen müſſe/
nirgends gebothen. So mag der Schenckwirth zu R. ihm
kein Recht/ der R. die Verſchencfung des ihr zu S. ſelbſt ge-
wonnenen Weines zu verhindern/ anmaſſen. Sondern es wird
ihr ſolches/ wie auch die Herausſteckung des gewöhnlichen Zei-
chens/ billig verſtattet.

XXIIX.

Sequuntur duodecimo ludi equestres, qui in locum torneamentorum apud antiquos usitatorum successerunt. Sicut autem in his nemo, nisi nobilitate et antiquitate generis conspicuus, admittebatur, sic quoque idem hodie in illis, qui ludis equestribus, denen Ringelrennen / Corouffels, Fuß-Tourniers etc. interesse volunt, requiritur. Habuimus eius rei nuper in solennibus, quae Dresdae celebrabantur, exemplum. Omnes ab illis ignobiles nobilesque recentius creati arcebantur. Sic enim in ea, quae d. 19 Junii 1709 publice proponebatur, invitatione dicitur: So haben wir uns vorgenommen / in keiner geringeren Auszierung / als einen rechten angebohrnen Ritterstande / vor dieser hohen Versammlung zu erscheinen. Verboten daher allen und ieden / sich unserer Gesellschaft zu nahen / welche nicht allein die Fächtigkeit / sondern auch das Alterthumb ihres untadelhaften Adels nicht augenscheinlich dargethan / und dessen genungames Beweisthumb beygebracht haben / mit der Verwarnung / daß / so sich jemand mit erborgten Ahnen oder andern falschen Vorgeben zu besagten Caroussel eindringen würde / derselbe entweder alsobald schimpflich abgewiesen / oder / da es überlang oder kurz erfahren würde / mit nachdrücklicher Bestrafung angesehen werden / und ihme das diesemahl erpraectirte Mit-Rennen zu keiner Consequenz gedeihen solle.

XXIX.

Tertium decimum nobilium Saxoniorum privilegium est circa ludos fortunae. In his enim leges folis nobilibus, thalerum una vice perdere, permittunt, cum ceteris omnibus minor summa, et illis etiam, qui in egregia dignitate constituti sunt, saltem duodecim grossi concedantur. *Ord. Pol. tit. 8. §. 2.* Quod vero nobilis ultra thalerum ludendo amittit, recte repetit ex *L. ult. C. de Aleat.* Neque obstat (1) communis hominum, repetitionem hanc pro turpi habentium, pervasio. Respondemus enim ex *L. 12. §. 1. C. de Poenis: Vanæ voces populi non sunt audiendæ.* Non obstat (2) quod in pari turpitudine cesset repetitio *L. 3. de Cond. ob turp. causam.*

D 2

fam. Nam negamus, parem hic adesse turpitudinem, cum victor, qui cum damno alterius contra leges locupletari vult, quasi fur sit, et longe turpius agat. Quibus rationibus permoti Icti Vitemb. nobili repetitionem eius, quod lusu perdidit, conceperunt. M. Ian. 1702.

XXX.

Quartum decimum privilegium est sessio et facultas suffragium ferendi in comitiis. Cum enim in his equites, *die gemeine Ritterschafft* / separatum aliquod collegium constituent, ibique de rebus ad suam totiusque Saxoniae salutem pertinentibus deliberent, ad consultationes has neminem admittunt, nisi nobilem, et talem quidem, qui antiquitatem generis per sedecim maiores ostendere possit. An iure hoc fiat, disceptatur. Negant aliqui, propterea maxime, quod ius assidendi in comitis non sit privilegium personale, sed reale, quod ipsis praediis nobilibus, *denen Ritter Gütern* / inhaereat. Nobiles enim, aiunt, non tanquam nobiles, sed tanquam praediorum istorum possessores in comitiis comparent. Nam ceteri, qui nulla possident, non vocantur. Illi vero, qui nobiles non sunt, atque tamen fundos eiusmodi habent, vocantur quidem, sed, si compareant, a consultationibus excluduntur. Id quod manifesto, ut illi putant, indicio est, ius suffragii, ipsis praediis nobilibus triburum, inique possessoribus eorum ignobilibus denegari, cum iura realia ad quosvis successores cum ipsa re trans-eant *L. 1. §. 43. de aqua quotid.*

XXXI.

Verum enim vero falsum est, quod illi praesupponunt, ius suffragii mere reale esse. Datur enim praeter privilegia realia et personalia etiam tertia species, eorum videlicet, quae mixta, hoc est, partim realia partim personalia vocari possunt, quae nimirum ipsi quidem praedio inhaerent, sed habito simul ad certam personam eiusve statum aut dignitatem respectu, adeoque, cessante illo respectu, rei com-pete-

petere desinunt. *Brunnem. ad L. 9. de Publican. n. 15.* et DD. quos ibi excitat. Quotidiana sunt huiusmodi privilegiorum exempla. Tale est in hac urbe immunitas ab oneribus publicis, iis domibus concessa, in quibus Professores eorumque viduae habitant, quae expirat, si domus istae alium possessorem nanciscantur. Vide simile exemplum apud *Eabr. in Cod. L. 9. tit. 29. def. 7.* Ad horum itaque privilegiorum mixtorum classem referimus ius assidendi inter nobiles in comitiis. Quod qui sibi asserit, duo docere debet, possessionem praedii nobilis et nobilitatem suae personae. Ista vero consuetudo, qua ignobilibus etiam, si fundos huiusmodi possideant, dies comitiarum habendorum indicatur atque ipsi ad illa evocantur, tendit saltem ad conservandum ius, quod nobilibus istis praediis competit, et in praesens quidem ob deficientem personae possidentis habilitatem cessat, sed, hac iterum existente, reviviscit. Ceteras rationes, quae pro hac nostra sententia afferri possunt, expositas vide in Responso ICtorum Argentoratensium, quod exhibet *Tabor. tom. 1. Dissert. de Suffragio pericop. 5;* ubi asseritur (1) ius suffragii in comitiis nobilium semper nobilitatem personae requirere, (2) ne quidem civitatibus et collegiis, si nobilia praedia coemant, competere, (3) nec per Doctores exerceri posse (4) plebeios possessores ne quidem in possessorio defendi debere.

XXXII.

Quintum decimum privilegium est immunitas a vectigalibus in eos, qui iter faciunt, constitutis, quae non solum personis nobilibus, sed et iis, qui de ipsarum familia sunt, competit. *Ritter und ihr Gesinde sollen Zollfrey seyn. Spec. Sax. Lib. 2. art. 27.* Cetera autem eiusdem verba, *sie fahren / reiten oder gehen / wo sie Schiff oder Brücken nicht bedürffen / sonst sind sie zu Rechts Geleit frey,* quae ab interprete Latino omissa sunt, mihi quoque ex imperitia librorum, qui hunc cum sequenti §. confuderunt, irrepsisse atque adeo tolli debere videntur. Nam si relinquuntur, superflua foret nobilium exemptio, cum eadem libertas plebeis etiam in isto

casu tribuatur. Itaque existimamus, nobiles tunc etiam, cum pontibus, pontonibus, navibus flumina traiciunt, a vectigalibus liberos esse debere; quamvis ista immunitas variis in locis admodum restringatur. Ceterum nobiles in civitatibus viventes a muneribus mere personalibus, quae civibus aliisque incolis imponuntur, sunt immunes. Insuper haec immunitas plerumque solet diplomatibus, quae nobiles recens creati ab Imp. accipiunt, his verbis: Geben ihm diese Freyheit / also und dergestalt / daß / wo es sich seiner oder seiner ehelichen Leibes, Erben Gelegenheit nach zutrüge / daß sie sich im heiligen Reich in Städten / Märkten oder Flecken nieder thun / und mit häuslichen Wesen und eignen Rauch darinnen wohnen würden / daß sie alsdenn / so oft es ihnen gelüst / in dieselbe Städte / Märkte oder Flecken ziehen / darinnen sammt ihren Hausfrauen / Kindern / Dienern und Bedienten / umb ihren Pfennig zehren / und aller bürgerlichen Aemter und persöhnlicher Bürden / als Raths, Gerichts, und dergleichen Aempter / auch Vormund, Gesandtschaften / Wachen / Erbinnen / Reisen und anderen persöhnlichen Bürden / gänzlich exempt und befreyet seyn sollen.

XXXIII.

At immunitas haec extendi non debet (1) ad onera realia sive patrimonialia, quae videlicet praediis inhaerent, vel rebus imponuntur. Haec enim et a nobilibus talia praedia vel res possidentibus solvenda sunt; neque (2) ad exemptionem a iurisdictione. Equites enim in civitatibus vel aliis locis domino iurisdictionali subiectis viventes, Senatus vel domini istius iudicium sequi et agnoscere debent. Oberhoff, Gerichts, Ordnung tit. Wer vor das Oberhoff, Gerichte mag geladen werden. ibi: Es sollen aber die andern Edelleut, Bürger oder Bauern vorhin vor ihrem Amptmann oder Gerichten / in das Ampt oder Gerichten die gefessen / oder von demjenigen / denen sie unterworfen / geheissen werden. Quare cum non ita pridem femina nobilis, quae cum marito in civitate quadam Saxonica habitationem conduxerat, a curia provinciali,

ciali, quae Vitembergae est, curatorem sibi constitui peteret, noluit laudata curia assentire, sed, ut femina ista magistratum suum immediatum, Senatum scilicet oppidanum, adiret, ab eoque curatorem impetraret, praecepit. Et cum femina non acquiesceret, sed Regium Regimen, die Landes-Regierung adiret, idem ab eo responsum tulit.

XXXIV.

Sextum decimum ius singulare est, quod equitum testimoniis maior fides, quam plebeiorum, habeatur. *Ius Feud. Sax. c. 2.* Ob zween Mann ein Lehn-Guth zugleich ansprechen / und beyde Zeugen darzu bitten / einer einen / der zu den Heerschiff nicht gehohren ist / und der ander einen andern / der in Lehn-Recht vollkommen ist / des Zeugen am Lehn-Recht vollkommen seyn / sollen vorgehen und des andern Zeugen sollen ver-tadelst seyn. Neque negamus, adhuc hodie, non solum in causis feudilibus, sed et civilibus iudicem, ceteris paribus, maiorem fidem nobilibus honestisque viris, quam ignobilibus habere debere *L. 3. pr. ibi: an plebeius sit §. 1. ibi: cuius dignitatis §. 2, ibi: dignitas et auctoritas D. de Testibus.*

XXXV.

Septimum decimum privilegium est beneficium competentiae, quo debitoribus obaeratis necessaria alimenta usque ad dies vitae relinqui debent. Iura civilia quidem hoc beneficium nobilibus tribuere non videntur. Neque enim argumentum a militibus ad omnes indistincte nobiles duci potest. Et Leges praecise talem militem, qui sub armata militia stipendia meruit, requirunt. *L. 18. de Re iudicata.* Quamobrem in plerisque locis extra Saxoniam nobilibus hoc beneficium denegatur. *Covarr. 2. var. Resol. c. 1. n. 4. Ludwell Exorc. Inst. 16. §. 8. lit. d. Lauterb. Diff. acad. de Benef. compet. §. 34. Gofw. ab Eshach ad Carpz. P. 1. C. 32. def. 15.* Et *Manzius in patroo. pauperum dec. 3. q. 1. n. 87.* nec non *Brunnem. in L. 16. de Re iud. testantur*, nunquam in quamplurimis contra debitores nobiles sententis latis rationem huius beneficii habitam fuisse. At in foro Saxonico per usum in omnibus iudiciis receptum nobiles hoc privilegio gaudent. Vide *Carpz. P. 1. C. 32. def. 15.*
et

et *Dn. Berger. in Elect. Disc. For. p. 117. in Supplem. P. 1. p. 381. et P. 2. p. 655.* qui aliquot Senatus Supremi, nec non ICtorum Lipsiensium et Vitemburgensium sententias afferunt, ex quibus duo illa notabilia excerpemus (1) beneficium competentiae nobili etiam adversus nobilem tribui. Ita responderunt ICTi Vitemb. M. Ian. 1708 (2) hoc beneficium liberis nobilium, vivo patre, non dari. Ita iudicavit Senatus App. Consil. hybern. 1708.

XXXVI.

Duodevigesimum privilegium, quo nobiles fruuntur, est mitigatio poenarum. Nam, quod ad quaestionem attinet, utrum in poenis infligendis respectus personarum, sive, ut more recepto obscurius loquar, proportio geometrica observari debeat; nos illam affirmamus, adiuti suffragio Claudii Saturnini in *L. 16. §. 3. de Poen.* ibi: *persona spectatur.* Excipimus vero istas poenas, quas legislator expresse immutabiles esse, atque omnibus delinquentibus, nulla eorum dignitatis ratione habita, infligi iubet. Tales in Saxonia nostra sunt poena homicidii dolosi. *Ord. Pol. de anno 1661. tit. 6.* poena numellarum, des Hals, Eysens / in eos, qui per Dei sacramenta deierant, statuta *Ord. Pol. de anno 1612.* ibi: *Wes Standes oder Wesens dieselben auch seyn möchten;* quae propterea etiam nobilibus dictatur; poenae in delicta carnis, e. g. stuprum et adulterium sancitae, quae in multas pecuniarias converti expresse vetantur. *Ord. Matrim. art. 4. etc.* In reliquis poenis, ubi id expresse non prohibetur, permisa est iudicibus circa nobiles personas mitigatio, tamen poenae a legislatore sint determinatae. Ita enim *Ord. Pol. de anno 1661. tit. 6.* *Das in Zukunft die in Rechten auf jedes Verbrechen gesagte Straffe keinem zu erlassen oder zu lindern / es wären denn solche Ursachen und Umstände vorhanden und beybracht / so die Rechte zur Erlassung oder Linderung vor genugsam erachten.* Iunge *L. 4. §. 1. de Incendio*, ibi: *ex personarum conditione;* item: *remissus statuatur.* *Ord. Crim. Caroli V art. 160* verbis: *Weyr soll ermessen werden der Stand und das Wesen der Person / quae Carpz. quaeq. crim. 62. n. 64.* parum accurate et contra vocis, *Stand und Wesen*

sen nativam significationem de qualitate animi et imbecillitate iudicii interpretatur. Immo interdum ipse Legislatoꝝ in iisdem delictis mitiores poenas in nobiles, quam in plebeios, statuit. Sic in Mandato regio, quod ante aliquot annos de pugnis singularibus, sive duellis, prodiit, longe mitiores poenae nobilibus dictantur, quam plebeiis. vid. §. 2, 3, 30. 31. Et in illis casibus, quibus plebeiis fustigatio imponitur, nobilibus manus amputari solet, ita tamen, ut reo electio inter utramque poenam relinquatur. Vid. Dn. Bergerum in *Iurispr. Crim. p. 24.* Et relatum mihi est, hac poena affectum fuisse Baronem, qui alterum dolose vulneraverat, ut is paulo post ex vulnere moreretur, cum vulnus illud ex iudicio medicorum per se lethale non esset. Plerumque etiam loco carceris multam pecuniariam gravioꝝ Collegia nostra iuridica nobilibus imponunt. Et ex adductis supra rationibus, potissimum *Ord. Crim. art. 160.* facile assentior *Berlichio*, qui *P. 5. Conclus. 44. n. 33.* in furtis nobiles non suspendi, sed gladio feriri debere, arbitratur.

XXXVII.

Vndevigesimum ius singulare est, quod tortura aut capitalis poena nobili dictata executioni dari nequeat, nisi id principi prius denunciatur. De tortura quidem res certa est, uti DD. Saxonicis passim fatentur. De poenis autem capitalibus Magnificus Collegii Iuridici apud Vitembergenses Praefes mihi affirmavit, distingvi solere inter poenas iure divino e.g. in homicidium, et iure humano e.g. in adulterium, polygamiam statutas; illas simpliciter, has non nisi consulto principe, nobilibus infligi. Atque sic Scabini Lipsienses M. Augusto 1709 iudicaverunt: Da nun Carl Seyfried von G. auf seinen gethanen Bekantnis vor öffentlich gehegten peinlichen Hals- Gerichte freywillig verharren/ oder des sonst wie recht überwiesen würde/ so möchte er wegen solches begangenen und gestandenen Lasters der zweifachen Ehe/ mit Vorwissen Sr. Königl. Majestät und Chursl. Durchl. zu Sachsen/ unsers allergnädigsten Herrn/weil er einer von Adel/ mit dem Schwerdtre vom Leben zum Tode gerichtet und gestraffet werden.

XXXIIX.

Annectemus ultimo loco illud privilegium, quod illustribus

E

bus

bus personis, qua appellatione non nobiles simplices, sed Barones Comitesque comprehenduntur, in *Ord. Proc. Sax. tit. 18. §. ult.* tribuitur, ut scilicet iusiurandum, si quod illis imponitur in iudicio quidem (nam *L. 15. de Iurei.* atque privilegium personis egregiis tributum in Saxonia plane exulat) sed non publice et foribus apertis, verum in conclavi separato praestent. Ceterae personae omnes, nobiles et ignobiles, feminae et maribus, in curiis potissimum provincialibus, publice admittis, quibuscunque id spectare liber, hospitibus, iurant. *Martini ad O. P. S. tit. 18. §. ult. n. 47.* Memorat tamen *Dn. Berger in El. Disc. For. p. 595.* consultoisse inclutos Ordines, ut non illustres solum personae, sed et nobiles aliaeque honoratiores, imo et mulieres imposteum ad actum iurandi, speciatim quoad Curiam Lipsensem, in conclavi separato, in *der kleinen Oberhoff. Berichts oder Audienz-Stube* aut alio, remotis hospitibus, admitterentur. Cum alioqui verendum sit, ne illae, quotiescunque praesertim cum viliori persona litigant, partim ob frequentiam hominum, partim ob circumstantiarum concurrentium conditionem a iurando absterreantur. Suffecerit, iurari in iudicio, praesente adversario, ut propterea nos, qui in Curia Saxonica obtinuit, plane singularis sit, et maxima cum iurantium molestia coniunctus, atque adeo merito abolendus.

XXXIX

Sufficiant haec de singularibus equitum Saxoniorum iuribus dicta. Operam dedimus, ut, omissis iis, quae vulgo in innumeris de privilegiis nobilium commentariis obviae sunt, quaestionibus, eas solas, quae rariores esse atque in rep. Saxonum saltem locum invenire videbantur, proponeremus. Angustum temporis spatium, quod nobis ad elaborandum datum est, ut breviores essemus, et singularia ista iura magis enumeraremus, quam explicaremus, effecit. Ea tamen, quae defunt, imposteum supplebimus atque scriptum hoc aliquando accuratius et ornatus in lucem edemus. Multum itaque illis debebimus, qui nos, si qua in re erravimus, admonebunt et illa, quae suppleri adicique possunt, benevole suppeditabunt. De cetero alteram huius Dissertationis partem, quae privilegia praediorum nobilium comprehendat, futuro tempore reservamus.

S. D. G.

A. LEYSERVS
IO. ADAMO LAVRENTIO
SVO SAL.


VAna est et intolerabilis eorum
arrogantia, qui sibi aliquam
virtutis nobilitatem fingunt,
eamque in vita etiam ciuili nobili-
tati sanguinis praeferendam esse,
contendunt. Equidem non nega-
mus, virtutem, si cum antiquitate
generis conseratur, longe praestan-
torem esse, et eum, qui illam possi-
det, vere beatum efficere. At bo-
na, quae virtus affert, animum non
egrediuntur, neque semper homi-

E 2

num

num opinionem aut externa hono-
ris signa, in quibus unice propemo-
dum nobilitas consistit, comprehen-
dunt. Quapropter optime facis, qui
suam Equitibus dignitatem et privi-
legia in eo, quod nobis exhibes,
scripto relinquis, atque sic mode-
stiam TVAM, sine qua virtus esse
non potest, declaras. Coniungis au-
tem cum ea egregiam pietatem, mi-
rificam morum svauitatem, et, quam
ex diuturna Tecum consuetudine
et familiaritate praecipue perspexi-
mus, singularem eruditionem. Nihil
igitur TIBI ad veram virtutem de-
est. Quae TE aliquando ad summos,
quos profecto mereris, honores ex-
tollet. Vale et nos ama. Vitember-
gae XII KL. Mart. anni c^o 1^o cc x.






WITTENBERG, Diss.) 1710

ULB Halle

3

005 361 77X







Q. D. B. V.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
FRIDERICO AVGVSTO,
PRINCIPE REGIO ET SAXONIAE HEREDE,

1710 9a
2
13

EQVITVM SAXONICORVM IVRA SINGVLARIA

PVBLICE PROPONENT
AVGVSTINVS LEYSERVS,
IVR. D. ET P.P. EXTRAORD.

ET
AVCTOR
IO. ADAMVS LAVRENTIVS,
SCHILDAVIA MISNICVS.

AD D. VII MART. ANNI CIO IO CC X.

VITEMBERGAE, PRELO KREVSIGIANO.